



Bis seni paribus gaudent genitoribus ut sunt.  
 Georg: Eques, et Michael, geminij, Vriel Raphaelq;  
 Gabriel, Angelici primaria lumina cætus:  
 Nec non Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes  
 Scriptores Euangelij: Regesq; magi tres  
 Melchion, et Casparus, cum Baltasare, fratrem

Quem, lector, cernis quasi dilexere parentem,  
 Perfunctum ingenuis magnisq; laboribus, atq;  
 De patria cunctisq; suis meritum bene: cuius  
 Hæc species gnatis, genero, puerog; nepoti  
 Intentis oculis et grata mente colenda est,  
 Utq; diu vivat sospes, valeatq; precandum.

Sexdecima hos versus proles ac ultima panxit:  
 Sculphi in honorem et nomen fratris adusq; recordans  
 Anno Christi. 1607.